



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

Jn Omnes Totivs Anni Dominicas Æstivas, à Festo Pentecostes vsque ad
Aduentum

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

Dominica Decima Post Pentecosten.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56306)

sancta illa Philosophia, quam hocce edoces Euangelio. Tuæ etenim lacrymæ, compassionis iudicia, ac symbola misericordiæ apertissime clamant nolle te mortem peccatoris, aut illius ruina delectari. Scio, scio natura te tua magis in clemenciam quam rigorem, magis in pacem quam bellum, in misericordiam potius quam iustitiam propendere. Sed edocere nos voluisti lacrymas nobis esse ad salutem necessarias, & cum tu aliena delicta & aliorum ceruicibus impendentem cladem desceas, nos nostra ac propria desere debere. Hi namque torrentes sunt, in quibus emergunt hæc monstra: mare rubrum hic est, in quo Ægyptii pereunt vndis obruti; diluuium denique hic, quod omnes concupiscentias terrenas & impuras carnis pruriginis obuiat & disperdit. At quoniam Domine, donum lacrimatum coelitus descendit, gratiam obsecro nobis præsta, ut assidue nostra hic peccata desicemus, & bonorum operum sementem in penitentia agro ita seminemus, ut quæ lacrymis irrigemus, ut tandem aliquando in gaudio & consolatione, in alterius mundi solo, in quo beatitudinem nostram expectamus, fructum colligere mereamur: quod præstare dignetur qui viuunt & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus. Amen.

DOMINICA DECIMA
POST PENTECOSTEN.

Partitio.

- I. De superbia detestatione.
- II. De orantis Pharisæi fastu.
- III. De orantis gloriatione.
- IV. De presumpcione.
- V. De laudis propria amantibus.
- VI. De oranti publicani pudore.
- VII. Parænesis seu præconium humilitatis.
- VIII. Encomium humilium.

Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent, vnus Pharisæus & alter publicanus. Luc. 18.

FIGURA.

Euangelicus Propheta Isaias inter alia, quæ in Messia in mundum aduentu eue-

tura prædixit, ait valles replendas, & montes complanandos: per valles autem humiles intelligit, per montes, turgidos & inflatos superbia. Messias igitur exaltabit humiles & superbos deprimet. Cuius rei hodierno in Euangelio manifestum videre est exemplum: in quo duos cernitis, Pharisæum inquam & Publicanum, nimium quantum inter se discrepantes, vnum superbiæ & vanitatis typho turgidum, alium humilia de se sentientem, sui que contemptorem: & concludit, postquam eorum conditiones pluribus enarrasset, Euangelium, *Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.* Egregium profecto argumentum, in quo vestro cum fructu & emolumento hodiernæ exspatiatur concio Spiritui ergo sancto supplicemus & sanctissimæ Virgini, hoc ut opes ille Numinis sui auxilio, hæc patrocinio præ moueant ac prouehant; quamobrem flexis genibus dicamus:

AVE MARIA.

Sublimes illi Ecclesiæ vertices, & Patres, viuacissimæ virtutum omnium ac præsertim humilitatis imagines; superbiæ vitiorum omnium teterrimæ naturam & essentiam accuratius examinantes, & ad intimos eius recessus penetrantes, varias eiusdem commentati sunt definitiones ac descriptiones satis exactas. In primis Augustinus in libr. de ciuitate Dei ita eandem descripsit, *Superbia est peruersa celsitudinis appetitus: & aliter in libro ad Innocentium, Superbia est inordinatus amor propria excellentia quem sequitur & Magister sententiarum 2. sent. dist. 42. Bernardus vtriusque opinioni suffragatus ita definiuit, Superbia est propria excellentia appetitus.* At Angelicus Doctor Thomas aliam tenens viam sic scribit, *Superbia est quædam extollentia, per quam se quis extollit supra id quod est ei præfixum diuina regula: alludens scilicet ad Paulinum illud, Nos non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regule, quam mensus est nobis Deus.* Aliter eandem delinquant alii & dicunt, *Superbia est propria conditionis presumptuosa existimatio.*

Quid.

192
 Superbia omnium vitiolorum grauissimū
 Quidquid demum sit, certum est, vitium esse detestandum, & forsitan omnium vitiolorum maximum ac teterrimum, quam opinionem firmissimis stabiliam rationibus & argumentis. Primo maximum est ob auersionem, quo enim peccatum aliquod hominem magis à Deo retrahit, quo & grauius est: maxima namq; peccati peruersitas est, quod hominem à Deo auerrat, vt Augustinus ait libr. delibero arbitrio. Superbia autem hominem magis quam vllum peccatum à Deo retrahit & quodammodo auellit; in cæteris quippe peccatis non nisi ex ignorantia, infirmitate & fragilitate, vel etiam alterius boni appetitu, homo à Deo recedit; verum per superbiam non alia de causa, nisi quod Deo eiusque legibus subesse, detrectet, vt omnes in genere docent Theologi & imprimis D. Thomas loco superius allato. Hinc Glossa ordinaria, verba illa Psalmi xxviii. *E-mundabor à delicto maximo*, exponit, *hoc est à peccato superbia*. quo efficere vult omnium peccatorum caput & principem esse superbiam.

Psal. 28.

2.

2. Metaph. 1. Top. & 3. posterior.

Eccles. 10.

Tob. 4.

Gregor. lib. 31. Moral.

3.

Deinde, peccatorum dici potest grauissimum, quod ipsa fons sit & scarurigo malorum omnium: quidquid enim peccatorum aliorum causa & origo est, ipsum profecto cæteris habetur grauius, iuxta Metaphysicum illud axioma. *Quod est causa aliorum vt sint talia, illud est maxime tale*: vel iuxta Topicorum definitionem, *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis tale*. Scriptura porro nullo non loco, & quidem aperte, declarat, *Initium omnis peccati esse superbiam, & qui tenuerit eam, replendum esse maledictis, & ab ea in finem subuersendum*. Idem omnino dicit Tobias, & vltimam filio voluntatem aperiens in primis adhortatur, vt superbiam fugiat velut matrem & vitiolorum omnium nutricem & totius orbis ruinam, *Superbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas, quia in ipsa initium sumpsit omnium perditio*. Idcirco eam Gregorius omnium malorum radicem & vitiolorum omnium reginam nuncupat, *Radix cuncti mali, & regina omnium vitiolorum superbia est*. Tertio superbia peccatorum princeps est

ac domina, & cæteris sæuit insolentius & crudelius quod per hanc Altissimo se æqualem constituere homo contendat, cuiusque socium declarare, cum cæteris imperare nullo subdi vult; quod soli diuinitati propriū est; quod enucleatius examinans Augustinus ait: *Deus est supra quem nihil, sine quo nihil, sub quo totum, cum quo totum, in quo totum, à quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia*. Hanc porro excellentiam & præminentiam sibi arrogat arrogans, omnes præcellere gestiens, & omnibus imperare, atque ita insignè Deo irrogat injuriam, illius iura inuadere præsumens, diuinasq; proprietates assumere; *qui extollitur super omne quod dicitur Deus, quem locū quamuis imprimis de Antichristo interpretes intelligant, de superbo tamen non impedit quo minus cum Bernardo exponamus.*

Quarto reliquis vitiis supereminet superbia, quod nullum maiora causari mala, nullum maiorem asferre cladem homini solet. Ipsa siquidem est virtutum gratiarumque grandis, atque omnium bonorum spirituum pestis & diluuium. Vnde Magnus Gregor. *sicut humilitas omnia vitia extirpat, omnesque virtutes colligit & roborat, sic superbia omnes virtutes destruit & enervat*. Idem habet & Isidorus, at multo elegantius; *sicut superbia est origo & radix omnium criminum, ita est ruina omnium virtutum*. Aquila, auis illa ad prædam nata, vt testas, nuces & testudines conterat, easdem in altum librat, vti in petram deiectæ in frustra comminuantur. Idem omnino arrogantia cum superbis & fastuosis agit: eosdem quippe sublimes eleuans, & in auras præsumptionis de seipsis, sustollens, mundi deinde scopulis illidit, præcipitesque deiiciens, vitam simul & animam cogit amittere. Quo referre possumus verba illa Psalmistæ, *Deieci eos dum alleuarentur, & versum illum Poetæ:*

— tolluntur in altum, Vt casu grauiore ruant.
 Denique superbia vitiolorum domina est & primaria, quod illam Deus præ cæteris sceleribus detestet & abhorreat: *Quod testatur sapientis verbis, Superbiam & arrogantiam ego detestor, dicit Dominus, & Iudith, superbi*

In specul.

2. Tob. 4.

In sermo. quidam. li. de virtutibus.

Superbia comparata aquilæ.

5.

Proh. 8. Iudith. 9.

perbi non placuerunt tibi ab initio: perinde ac si dixisset: omnes quidem creaturas diligis & complecteris Domine, at superbos deprimis & profunde deiicis. Hinc acriter semper & grauius hocce scelus puniuit, eius cum puniendi sese obrulit occasio, quod e Pfalmo graphi verbis fiet manifestum dicentis, *Re- tribue abundanter facientibus superbiam; ut & domos eorum subuertat ac destruat, Domes superbiorum demoliatur Dominus; & omnes eorum facultates dissipet ac perdat, & substantia superbi eradicabitur.*

Verum cui fini, inquiet aliquis, prolixius hoc exordium? ad quid hæc superbia & arrogantia? apposite sane & ad propositum: quod Euangelium aliud nobis non depromat, quam hinc superbiam, arrogantiam, vanitatem, illinc humilitatem. Proponit siquidem nobis ob oculos Pharisaum, vanitate turgidum, sui ipsius præconem & meritorem iactatorem, in vna templi parte sese ostentantem, in altera vero Publicanum vix oculos sustollere præsumentem, pugnis petentem tudentem, & misericordiam deposcentem. Historiam refert Lucas, *Dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur ceteros; parabolam istam. Duo homines ascenderunt in templum ut orarent, vnus Pharisaus & alter Publicanus. Ut parabolam hanc methodo quadam certa deducam, primo de Pharisæi præsumptione, ac deinde de Publicani humilitate loquar.*

Euangelii breuis expositio.

Docet parabola, Pharisaum quendam superbum, magna & sublimia de se præsumentem ascendisse in templum Deo ut supplicaret, atque ita orationem inchoasse, *Gratias tibi ago, Domine quod non sum sicut ceteri homines, fures, rapaces & adulteri, omni flagitiorum genere cooperi: sed pluribus contra gratias & beneficiis me cumulaueris; ieiuno namque bis in sabbatho, decimas de omnium quæ possideo, adeo ut nihil in me reperiam quod merito quis reprehendat, atque hoc nomine immensas tibi gratias ago.* In alio vero templi loco, Publicanum adeo peccatorum suorum pudore suffusum, oculos ut in terram deiiciat, vixque ad caelos sustollere præsumat, sed pectus tundendo suspirandoque clamasse, *Domine miserere mei:*

Tom. 2. Pars Æstiuæ.

mille me tibi nominibus deuinctum scio, agnosco tot tantorumque me criminum reū esse, vix ut oculos in caelum tollere audeam, ut te coram inueor, quantum Deus bone inter vtrumque discrimen!

Ait Augustinus duo amorum genera duas construxisse ciuitates, amorem inquam Dei ac sui ipsius: illum in sui ipsius contemptu, velut in fundamento, diuinam quandam ciuitatem condidisse: hunc vero diuinæ maiestatis contemptui innixum, diaboli ciuitatem erexisse, verba eius audiamus, *Duo inquit, amores duas fecerunt ciuitates, amor Dei vsque ad contemptum sui erexit ciuitatem diaboli.* Sublimis hæc Theologia optime cū duobus his orantibus coincidit: alius siquidem in tantum philauria ac sui ipsius amore turgit, ut Deum simul & proximum contemnat; alius vero non nisi humilitatem consecratur & affectum spirat diuina spirantem. Vnus cuius est ciuitatis diabolicæ (de quo dicitur, *ipse est rex super omnes filios superbia*) alter vero ciuitati Dei insertus & assumptus, (qui humilia respicit, & alta à longe cognoscit.

Sub alterius parabolæ inuolueris duos nobis fratres proponit Euangelista, idem omnino significantes. Prodigus enim qui in se reuerius errorem commillum agnouit, Publicanum denotat: maior namque, qui patrem coarguit, & fratris tum in domum tum in gratiam reditum indigne tulit, (Ecce, inquit, tot annis seruo tibi; sed postquam filius tuus hic, (non ait frater meus) qui dissipauit omnia cum meretricibus, rediit, occidisti illi vitulum (agnatum.) Pharisaum nostrum qui de se sublimis sapit, atque alios aspernatur, refert.

Primum superbiæ illius argumentum, ut Lucas notat est, quod stando orat, *Pharisæus 3. Reg. 8. stans hæc apud se orabat*, hoc namque schemate & situ ostendit elatum se habere cor & animam fastu turgidam. Ceterum hoc situ non orauit Salomon, sed genibus in terram flexis: Daniel quoque, quoties orationi daret, in terram genua flectebat: Moses cum Deo loquens sese dimittebat, & humi sese prosternebat, Ioannes, XXIV. in Apocalypsi Num. 6. vidit seniores, & cum eis omnem militiam cœlestis exercitus coram diuina maiestate

Bb iacere

iacere prostratam. Ipse etiam Christus Patrem in hortu oraturus, *Procidit in faciem suam*, interea arrogans hic Phariseus, nescio qua presumptione, stat, nec sese incuruat.

Phariseus Miratur hic Maldonatus eos, qui crediderunt Phariseum rectum orasse: neq; enim credibile esse putat, quod nonnulli affirmare hinc narrantur, Iudæos stando Deum orare solitos: cum constet eorum orandi ritum sine vlla immutatione Christianos in ecclesiâ suam transfuisse, atqui certum est Christianos semper genibus flexis orare solitos. Huc accedit quod hunc fuisse etiam Iudæorum in orandi ritum è scriptura colligi queat, è 3. Reg. 8. 2. Par. 6. Dan. 6. Mich. 6. aliisq; plurimis locis, adeo ut quicumq; aliquid à Deo postularent, seraper genu curuaret. Ceterû verbum stare in sacris litteris solam interdû denotat in loco præsentia alias requirere, interdû decretum & animi firmitatē, aliquando initium & exordium, interdum etiâ temerariâ presumptionē, & quolibet demum accipias modo, semper arrogantiam quandam includit.

Superbia dicta in S. Scriptura impietas. Abd. 1.

O ingens superbiæ malum! ut cui præ cæteris absolute impietatis titulum det scriptura nam quo loco vulgata in Abdia legit: *superbia cordis tui extulit te*. Paraphrastes Chaldeus habet, *impietas cordis tui seduxit te*: è quo colligere est, superbia homines impios & aduersus proximum immites reddi. Huc trahere possumus quod parabolice quidã dicere solebat, duxisse scilicet olim vxorem diabolû, Iniquitatem nomine, è qua nouem filias non minus impias procreasset, quarum octo specialibus dederat in coniuges, at nonam omnibus esse voluit cõmunem: prima nomen habet superbia, quam sibi in coniugem delegerant reges, principes & magnates, quod huiusmodi vt plurimum esse soleant præ cæteris superbi. Altera Simonia dicta: quã sacerdotibus copulauerat, inter hos nempe solos Simoniam reperire est: tertia hypocrisis, religioforû coniux, quarta rapina, quã duxere milites: quinta usura, quam sibi mercatores desponderunt, sexta mendacium, quæ nupit mechanicis & artificibus: septima pigritia, cuius maritus erant nobiles, quod à lege illa pœnali, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*, eximi velint & excipi: octaua murmuratio,

Nouem Satanae filia.

quæ operatiis in vxorem cesserat: nona autē fornicatio & luxuria, quæ priuato alicui copulari noluit, sed omnem statum amplecti, omnem thorum ascendere, cum omnib. agere, & tam paruis quã magnis, pauperib. quam diuitibus, Ecclesiasticis nõ minus quã laiculis promiscue commisceri voluit. Arrogantia igitur inferni primogenita est, Pharisei nostri directrix, animæ illius magistra eiusque precum dispensatrix.

Deus tibi gratias ago, quia non sum sicut ceteri hominum. Irridet hanc orandi formulam Bernardus & explodit: stipem postularurus, inquit, venit, & vtramq; nummis referam ostēdit manum, Annon enim stolidus ille medicus foret, qui stipem petens, monilib. penas præferret manus: neq; enim hæc vera impetrandi ratio est, sed necessitatem è contra & penuriam ob oculos ponat, & vulnera delegat necesse est, vt omnes in sui commiserationem, & ad eleemosynam dandam excitet. Atque hoc orasse modo Dauidem videbis, *Miserere mei Deus, quoniam infirmus sum, sana animam meam, quia peccauit tibi.* Id est, stipem à te Domine contendo, miserere mei, respice vulnura, inuere vlcera, & plagas, vide quam sum debilis & æger; sana animam meam, quæ in finitibus te modis offendit, & præ peccato penitus elanguescit.

Non ita Phariseus, sed orationi suæ exordium arrogans & in sui commendationem contextum prætexit, *Deus tibi gratias ago, quod non sum sicut ceteri hominum.* ego iustus sum, alii peccatores, de hoc fortasse vaticinans ait Propheta, *Et oratio eius fiat in peccatum.* At non hæc est debita precandi formula superbe, alia procedendum est methodo, & Ionæ Prophetæ modo orandum dicentis, *Quod est opus tuum? quæ terra tua? & quo vadis?* Si enim his te ipsum verbis interrogares, omnem procul dubio factum quam primum exueres, *Quæ terra tua, quo vadis? In quod opus tuum?* Nam venis & prodis è nihilo, in cineres abibis, & peccatum opus tuum est, quid cogitas superbe? nescis, quidquid in nobis est boni, à solo Deo procedere: Isaiam dicentem non audiisti? *Omnia nostra operatus es in nobis Domine:* Deus enim Primarius author & prima bonorû operû causa, q. de seipso apud Ioan.

Ioannem ait, *sine me nihil potestis facere*. homo siquidem non nisi instrumentum est & organum.

Et quemadmodum omnis imaginis elegantis ars & venus non penicillo, sed pictori adscribenda est: ita laus & merita operum nostrorum quae viae virtutum imagines sunt, Deo velut pictori & Apelli, non vero nobis qui non nisi peniculus & causa instrumentaria sumus adscribenda sunt. Oprime hic quadrabit, quod Psaltes ait, *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo ag gloriam*; perinde ac si diceret, si quid boni agimus Domine, non illius honor nobis arrogandus, at tibi omnis si qua inde resultat gloria, adscribenda.

Iure civili cautum est & ita communis usus obtinet ne quis artifex, architectus, aut operarius nomen aut insignia aedificii, quae reipsum sumptibus extruuntur, quamuis ipsi eadem aedificent, adscribat. Diuino quoque iure prohibetur, ne quis, licet forsitan pia aliquid opera edat velut instrumentum a manu diuina motum, Deo nimirum expensas, solente & gratia sua cooperante, (quam Paulus in se expertus ait, *Non ego, sed Dei gratia mecum*; sibi honorem aut gloriam adscribat, cum haec soli Deo, velut supremo totius reipublicae mundi huius principi, sit adscribenda.

Sitho Atheniensium Dux, cum, referente Plutarcho, a ciuib. summis ad caelum laudibus efferebatur, quod regem Cotym profligasset ac fudisset, variaque trophaea sibi bello peperisset; sapienter ac prudenter respondit, diis immortalibus velut tantae victoriae donatoribus grates esse referendas, sese vero non nisi labore praestitisse ac manum praebuisse. Hoc si ethnicus dixerit, quid quaeso Christianus dicturus est: hic tamen Pharisaeus laudem sibi arrogat, inque virtutum operibus & operum virtutibus gloriatur.

IV. *Deus gratias tibi ago*. Ut olim Ezechias, thesauros & diuitias suas Babylionorum legatis ostendens Deum ad iram prouocauit, ut quamprimum flagellum ei per prophetam, regniq; amissionem sit comminatus, (*Et auferentur omnia quae sunt in domo tua, & quae condiderunt patres tui usque in diem hanc, in Babylonem, non remanebit quidquam, ait Dominus*.) non secus etiam hic agitur, vix enim virtutes suas & animae diuitias patefecit & in aper-

tum protulit Pharisaeus quin statim Saran princeps ille tenebrarum, & animarum praedo eandem diripiat ac dissipet. Hanc S. Augustino allegoriam acceptam ferre oportet, & mihi hanc quae mox sequitur.

Christianae perfectionis est, quidquid in animo mali peruersi apparet, nobis; quidquid Christiana vero boni & aequi repperit, Deo adna describere: malum quidem nobis, velut illius auctoribus ut ita demissus de nobis ipsis sentiat.

tiamus, bonum vero Deo, genuinae illius causae & principio, ut hinc maior ei gloria accedat. In huius rei confirmationem ait de senioribus illis X X I V. Ioannes, *Adorauerunt viuentem in secula saeculorum, misitque coronas suas ante thronum Dei, id est, Deo certaminum suorum victorias & conflictuum trophaea, non vero sibi ipsis adscripserunt, in illum omnem refuderunt gloriam, a quo se omnem in certamine fortitudinem ac robur nouerant accepisse. Tangit hoc etiam, & scite quidem, Psalmographus, Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua & brachium tuum.*

Nemo igitur meritis fidat, nemo ob iustitias sibi suas blanditur, omnia siquidem merito confutabilitati obnoxia sunt, & in momento mutantur; quod plurimis est sacra scriptura exemplis confirmari poterit. Lucifer namque caelo, Adam Paradiso, Iudas Apostolorum collegio, Salomon sapientum, & Apostolorum numero excidit Petrus. Omnia varia sunt & mutationi subiecta, fors mera hic dominatur & casus vocatio nostra est de contingentibus, nihilque firmi statui hic potest, certi nihil: Iudas namque damnatur, Iatro in cruce salutem adipiscitur, & Magdalena in gratiam admittitur; Pharisaeus reprobat, at Publicanus praedestinatus est. Quis igitur alios contemnat? quis de operibus gloriatur? aut ob eadem superbiat? quis Pharisaeica phrasi dicet, *Gratias ago tibi?*

Egregium profecto exordium & principium orationis singulare! at aliam orandi methodum longe excellentiorem praescribit Apostolus, *Cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescant apud Deum*. Et sane adeo plausibile & admirabile est, ut Christus oras similem orandi formulam adhibere non dubitet,

Matth. 11. Gratias tibi ago Pater, Domine caeli & terra. Nescis ah Pharisæe, nescis, dixisse in Proverbiis Salomonem? *Iustus in principio accusator est sui.* Cum Deus Ieremiam ad verbū suum

Prov. 18. annuntiandum mitteret, primo ut euelleret & destrueret iussit, deinde ut ædificaret & plantaret Contende, inquit, Ieremia, ut euellas ac destruas vitia, & deinde ædifices ædificium spirituale, & plantes novos virtutum furculos in horto & feraci animarum agro: eodem prorsus agat modo qui orare statuit.

Simile. Si cui è vena aperta sanguis sincerus & purus effluat, corruptus vero & teter in venis permaneat, male de agro augurari solet medici, & velut ominosum symptoma iudicare; at si è contra impurus, bono intra venas permanente egrediatur, certissimum recuperanda sanitatis est argumentum. Idem omnino de oratione dictum esto, quam infaustum & malum omen est, initio bonum virtutum & bonorum operum affluere sanguinem, *Ieiuno bis in sabbatho, decimas do,* &c. facibus vitiorum & amurca superba in animo permanente? at quanto satius ac melius, si primo impuri seclerum in animo commorantium humores prodeant?

Iof. 7. Euidens stoliditatis ac fatuitatis argumentum est facultates suas patefacere, merita iactare apud eum quem ad tui conaris commiserationem excitare: at sapientiæ & prudentiæ, mea quidem sententia, iudicium est, eisdem calamitates reuelare, quo ad misericordiam commoueatur, quod egregia è libro Iosue historia confirmabo. Gabaonitè idolorū cultu infames, ut gratiam apud Iosue ducem inuenirent, & eum ad commiserandum excitarent, vestibus laceris ac seruitutis calceis perforatis, facie pallida, & schemate sane exorico & tristi in illius venire conspectum; quomendacio & fucosille & Iosue gratiam iis concessit & illos ab interaetione liberauit. Vnde infero, vanam meritum ostentationem noxiam semper ac damnosam, ac nullum ad concitandam misericordiam medium dari melius aut efficacius, quam ærumas & miseras ostendere.

Lib. 7. Cæcus quidam senex, ut in varia Ælianus refert qui fucato pigmento tingere capillos, solebat ne quis eius cæcitatem perciperet &

senectutem, Lacedæmona & venit, cumque coram magistratu aduentus sui causas & legationis capita exposuisset, rex Archidamus, viso senecionis delirio & amentia, in mediū progressus ait, *quid hic sani diceret cuius non animus verum etiā caput fucis contaminatum est?* è falsa illa & inani ostentatione colorum & tinctorum capillorum, animum leuem & iactabundum coarguens. Huic delirio seni similes esse dixero eos, & vere cæcos, qui virtutis antiquitatem falsis fucis contegunt, vel qui in veteratum, squalidum & vitiorum rugis deformem animum habentes, ementiri virtutes conantur, & ficto quodam hypocriteos pigmento, inanes bonorum operum colores ostentant ac præferunt.

Veruit in Mosaica lege Deus ne primogenita ouium tonderetur, *Non operaberis,* inquit, *in primogenito bouis, & non tondes in primogenita ouium.* Egregium profecto mylterium! Is qui virtutum suarum iactat primordia, & quæ in alios bona confert opera enarrat, vere primogenita ouium tondere dici potest; eo quod secreto quod pellis instar virtutem tegebat, ablato, nuda penitus atque omni vera laude spoliata manet. Quod Propheta Iob iniquitatem maximam appellare non dubitauit, *Si latatum est,* inquit, *in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam in ore meo, quæ est iniquitas maxima & negatio contra Deum altissimum.* Is autem ore suam osculatur manum, qui opera manuum suarum proprio propalat ore, atque hoc iniquissimum est.

Similia. Thesaurus, quo magis absconditus, eo & tutior & ab omni iniuria alienior; ita virtutes quo magis celantur & teguntur, quo & conseruantur melius. Sed quid vanæ gloriolæ aura omnes abripit, ac nemo se virtutem habere credit, nisi laudum flabra auribus insonent. Et quemadmodum organa nullum edunt sonum, nisi ab altero folles attollantur, atque ita ventum concipiant: atque ut nauis statione egredi & vela facere nequeunt nisi prius aura fauerit: ita superbi & arrogantes virtutum nequeunt studio incumbere, si præconiorum aura & flabrum laudum non accedat. Sed quantum hoc detrimenti adferat, dici non potest.

V.
Vana glo
ria pertieu
uolent.

Si quis vel exiguum aceti dolio vinario in-
fundat, omne mox vinum corrumpitur &
acefcit: ita quoq; vnica vanitas, & arrogan-
tia etiam exigua, omnia noſtra deſtruit me-
rita, & in acridinem vitiuorum conuertit,
quemadmodum ad oculum in ſuperbo hoc
& arrogante Phariſæo videre eſt: qui quid-
quid in ſe boni & meriti continet, vel arro-
gantia euertit ac perdit: & quod tres vel
quatuor virtutum actus toto vitæ ſpatio pa-
triarit, ſanctum ſe & de numero propheta-
rum putat.

Deus gratias tibi ago. Plurimos reperire eſt
tam exigui & imbecillis cerebelli, & capitis
adeo debilis, vt vel vno vini hauſtu inebrien-
tur & extra mentis ſtatum abripiantur: ſunt
& alii in virtutum ſtadio ita debiles, vt ſi vel
exiguum quid in ſe meritorum conſpiciant,
quod nimirum Deum orarint, die vno atque
altero ieiunant inani quadam præſumtio-
ne & vana gloria ebrii vacillent. Iuſti è con-
tra & ſancti, quamuis omni virtutum gene-
re inſtructi ſint, intra humilitatis tamen li-
mites ſeſe continent & multoſu reos ſe cri-
minum credunt: cuius rei rationem reddens
Magnus Gregorius ait, *ſancti viri*, inquit, *quo
alius apud Deum virtutum dignitate præce-
dunt, eo ſubtilius ſe indignos eſſe deprehendunt;
quia dum luci proximi ſunt, quidquid eos in ſe
ipſis latebat, deprehendunt.* Horum de numero
fuit ſanctus Propheta Iob, qui tam exiguum
ſui rationem habebat, vt quos haberet næ-
uos facile agnoſceret; at quas naſtus erat
virtutes tegeret & quodammodo ignoraret,
ſi ſimplex, inquit, *ſuero, hoc ipſum ignorabit a-
nima mea.* Id eſt, ſi quid in me forſitan meri-
torum eſt, tantum abeſt, homines ipſum vt
ſciant, vt & ipſe vix perſpectu habeam. Non
eſt proſecto tibi ſimilis ſuperbus hic Phari-
ſæus, Iob; neq; enim illi ſufficit, nouiſſe quæ
in animo deliteſcunt bona, at vult vt omnes
eadem noſcant, atq; ideo merita recensens ſua
ait, *Non ſum ſicut cæteri homines, &c.*

Videte vt cæteros vilipendat & reiciat. In
quam rem quadrat docta illa Ariſtorelis ſen-
tentia dicentis, *Qui non eſt ſicut cæteri homines,
aut aliquid melius eſt omni homine, ſicut Deus;
aut aliquid vitius omni homine, ſicut beſtia:*
adeo vt ex Philoſophi ſententia Phariſæus hic

noſter, qui ſe vt cæteri hominum, non eſſe
dicit, vel ſemideum ſe aliquem fingat, aut
beſtiam potius. Sed notandum eſt, aliorum
contemptum multa mala inuoluere & ma-
gnam animæ perniciem adferre. Nam vt
mare, vt ſeſe expurgat, littora fordibus replet
& agros quos alluit; ita ſuperbus, quo digni-
tatem retineat, & ipſe munde & honeſte vi-
uat, omnes alios vitiis inquinat, & infames
reddit: vt Phariſæus hic, qui in humilem
Publicanum omnes peccatorum ſuorum
ſordes reiecit & euomit, quo ſe ſanctum &
pium oſtendat.

Quemadmodum etiam, aer vel exhalatio- Aliud.
nes calidæ, quæ in terræ viſceribus, velut in
carcere, conchæſæ ſunt, exire & erumpere ge-
ſtientes, tandem poſt horrendas conuulſio-
nes, terræ motus, agitationes, violenter viam
naſtæ egrediuntur, terram diſrumpunt, &
hiatus vaſtiſſimos cauſantur, vt domos &
moles ampliffimas ad terram deiiciant: ſic
etiam vanæ gloriæ appetitus & ſiris, animo
arrogantis ineluſa; poſt varias agitationes &
inquietudines, tandem erumpens, ingentem
edit fragorem, plurimorum famam deſtruit
ac plurimorum innocentiffimorum vitam
atrodit ac perdit. Teſtem hic habemus lucu-
lentum, Phariſæum noſtrū qui Publicanum
infamat, & peccatorem eſſe credit, quem ta-
men innoxium & iuſtum teſtatur Deus. Pro-
ximum contemnit ſuaſq; laudes deprecatur.

Ieiuno bis in ſabbatho, decimas do. Virtutes
male collocatas, quæ in ſuperbi anima
ſedem fixere, ſunt ſcilicet ſeruus ille Naama- 4. Reg 5.
nis leproſi, quæ ſemper ad libertatē aspirant,
& ſedem illam deſerere geſtiunt: ſunt reginæ
illæ catenis & compedibus conſtrictæ, quæ
ſub menſa Adonibezech micæ colligunt: ſunt
gemmæ & vaiones annulo incluſi plumbeo, ludic. 1.
dixit olim iocans M. Collius, Gallæ gibboſo
inſultans, ingenium illius male habitare:
quod ſcite de doctis & ſapiētibus, difformi-
bus tamen & monſtroſis dici poteſt: at mul-
to verius ac melius de hominibus flagitiolis.
Quam malè enim habitant virtutes in ſu-
perbis illis corporibus, & gibboſis, fucatis,
& vitio repletis! quam malè habitant ieiuna,
pœnitentia, & aliæ virtutes in anima
Phariſæi: cuius obſecro cæcitatē & demen-
tiam

riam notate; cogitat siquidem, ieiunius se & decimarum solutione, peccata tegere posse: multi quoque hodie sibi persuadent, quotidie sacrum audiendo, omnem se iustitiam complexisse, Deoque satisfecisse.

Iudic. 17.

Sacerdos ille Ephraeus, Michas idolum quoddam domi habebat, cui victimas & libamina offerebat, quin etiam Leuitam promisso stipendio conduxerat, qui hostias eidem contra Dei veri prescriptum mactaret, ille vero felicem se hoc nomine credebat, quod Leuiticæ stirpis sacerdotem domi haberet; unde gaudens aiebat, *Nunc scio quod bene mihi faciet Deus habetis Leuitici generis sacerdotem.* Aduertite, quaeso, hominis cæcitatem, qui sub virtutis habitu & dolore omnem idololatricam eelatum iri credebat. Quor, eheu, hodie similes reperire est; qui ob vnius diei ieiunium vel tenuem aliquam elemosinam, certo sibi persuadent, atque indubitate credunt, omnium delictorum se veniam impetrasse, & cum Deo in gratiam rediisse.

Psal. 118.

Alia profecto ratione vitam instituebat Dauid Propheta, cum de se libere sine vilo fastu aut iactantiæ periculo, confiteretur, *Ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam inquam odio habui,* id est, nihil unquam fieri mandasti Domine quin exacte seruarem; nullum quoque peccatum fuit, quin summis id ipsum viribus fugere cõtenderim. Quid enim profuerit cæteras vrbis portas diligenter occludere, vna patente, per quam hostis ingrediarur? Cumque Dominus apud Marthaum legem suam promulgaret non dicebat, *Tollite iugum meum super ceruices aut humeros vestros,* sed *super vos:* omnes enim hominis partes tã exteriores quam interiores, diuinæ legis iugo subdantur oportet. Sed æquo diutius arrogans hic nos Pharisæus detinet. Publicani excutiendi iam tempus est; cuius causæ audiendæ examinandæque secundum concionis membrum destinaueramus.

VI.

Publicanus autem à longe stans, nolebat oculos in caelos leuare. Publicani autem nomine nonnulli fœneratorem aut mensarium intelligunt; alii, inter quos S. Thomas, Liranus, Hugo Cardinalis, vectigalium & portorium exactorem; alii denique, vt Euthymius, publicum peccatorem, hominem vitæ fla-

gitiosissimæ, præter fas & nefas luera confectantem. Qualis qualis fuerit, hic in templum oraturus cum ascendisset, secretum aliquem recessum petiit; adeo namque cum sui pudebat, vt oculos in caelum attollere non præsumens, in terram obrutus defigeret, & pectus tundens, magno pœnitentiæ signo, diceret, *Deus esto mihi propitius peccatori.*

Quatuor in pœnitente hoc conditiones reperio, easque laudabiles; prima est, timor quidam, eo quod à longe stet ob delictorum suorum metuens multitudinem, nam *initium sapientia timor Domini.* Secunda est, pudor, oculos quippe in caelum attollere non audebat, ex consilio Dauidis, qui ait, *Conuertantur & erubescant valde velociter.* Tertio, pœitoris percussio, nam *cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Quarta, quod clamet, *Deus propitius esto mihi peccatori.* non tigit nec abscondit peccata, sed ingenue ac libere cõfiteretur, vt se fecisse testatur Psalmista, *Cõfitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti iniquitatẽ peccati mei.* At in primis pudor laudabilis est: nihil siquidem Deo gratius & iucundius quam ob peccatum conceprus pudor & cõfusio. Achab rex cum peccati sui fœditatẽ magnitudinemque agnouisset, tantum eiusdem pudorem cõcepit, vt demisso deinde ambulauerit capite, nec oculos in caelum attollere ausus fuerit. Ipse etiã Manasses rex pudore ob delicta suffusus dicebat, *Non sum dignus intueri altitudinem caeli pro multitudine iniquitatum mearum.*

Afael cum Abnerem Saulis ducem persequeretur, ait illi Abner, *Recede, & nolite serui, qui, ne cõpellar confodere te in terram, & leuare non potero faciem meam ad loab fratrem tuum.* Quid? si hic videre metuebat virum, cuius fratrem occidisset quem bello persequeretur; quomodo oculos ille in caelum sustollet, Patrem æternum intuturus, cuius filium toties cruci affixit?

Sponsus dilectæ suæ præconia decantans, verecundiam illius & ruborem in primis celebrat, qui eidem innatus erat, *sicut fragmen mali punici gena tua.* Color autem ille rubicundus genarum pudoris & submissionis argumentum est, & euidentis humilitatis testimonium

Quatuor conditiones laudabiles in oratione publicani.

Psal. 118.

Reg. 21.

2. Par. 21.

2. Reg. 21.

Cant. 4.

monium: cum vero genas illius instar frag-
minis malorum granatorum rubere ait, de-
notare voluit, animam quamuis sancta sit &
virtutibus ornata, coram Deo se tamen hu-
mitem, verecundam & confusam ostendere
debere ac multo magis illam, quæ peccatis or-
nata sit.

Eltras sacerdos, is inquam qui cum Zo-
robabele sub initio regni Cyri a Babylonica
captiuitate rediit, ac Iudæorum res in pristinam
dignitatem restituit, cum Deo loquens,
populique sui peccata in memoriam reuo-
cans lacrymans dicebat, *Deus meus confundor,*
& erubescio leuare faciem meam ad te, quoniam
iniquitates nostra supergressa sunt caput
nostrum, & creuerunt usque ad cælum. Et sanc-
ti iustus alienorum peccatorum recordatione
ita confunditur, quomodo te erubescere
par est: infelix & impudens peccator, cum
propria tibi proponis. Discas hoc à publica-
no, ne tibi Propheticum illud impropere-
tur, *Frons meretricis facta est tibi, noluit erubescere,*
disces etiã à Psalmista: qui ait, *Tota die vere-
cundia mea contra me est, & confusio faciei
mea cooperiunt me.*

Porro tantus Publicani nostri pudor est,
& verecundia, Deo vt appropinquare vix au-
deat, tanta quoque humilitas vt peccatorem
sefe nuncupet: modestior & prudentior ar-
rogate illo Pharisæo, qui seipsum iactat, me-
ritusque propriis innititur. Rident & merito
quidem, Epicurum veteres, quod seipse sa-
pientem diceret, ac suffragium in suis ipsius
commendationem ferret, septem porro Græ-
ciæ sapientes deprædicantur, quod non sei-
psi, sed ceteri eos vt sapientissimos suspice-
rent & deprædicarent. Sponsa illa mystica,
ciuillis vt quæ maxime & edocta, cum sciret
proprio laudem sordere in ore, hortos se oc-
cluso & fonti signato comparat, *Hortus con-
clusus soror mea, sponsa, hortus conclusus, fons
signatus.* Innuere vult, omnia apud se occlusa
esse, diuitias se suas non proderet nec tenere
in apertum, virtutes proprias dilaudando,
proferre. Idem omnino facit & Publicanus,
qui occludens animum & thesauros abscon-
dens, non nisi peccata, vitia, & nãuos animi
proferet.

Ea profecto melior haberi ratio nequit vt

preces Deus exaudiat, quam si supplex à deli-
ctorum suorum enumeratione ducat iuste. Hanc
quippe rationem adhibuit, & ardens
illa sponsa, quæ in ipso Cantorum exordio
de se ipsa confitetur, *Nigra sum, sed formosa
filia Ierusalem.* prius ecce se nigram dicit quã
pulchritudinem celebret. Idem omnino faci-
at & anima, quã sponsa hæc denotat, aper-
te inquam ante peccatorum fuliginem con-
fiteatur, quam merita decantet ac propalet.
Quin & Psalmographus hanc formulam
prescribit, dum in psalmis ait, *Reuela Domi-
no viam tuam:* quæ verba doctissimus expo-
nens Ambrosius in hunc modum commen-
tatur, *Bene ait, Reuela, hoc est aperi conscien-
tiam tuam, ne eam seculi istius grauet umbra
vel carnis.* Vt: que porro dicere vult, Deo om-
nes conscientie angulos patefaciendos, at-
que omnia illi peccata reuelanda, adeo vt ne
vnum sub carnis aut mundi umbra delite-
scat. Ita Publicanus noster se in apertum
prodit & clara voce proclamatur, *Deus propi-
tius mihi esto peccatori.*

O humilitatem deprædicandam! Phari-
sæus virtutes, hic enumerat peccata, ille su-
perbum, hic humillimum agit; ille reproba-
tus & reiectus, hic electus & iustificatus.
Quanta porro tuum robur & vis est o humi-
litas: cui in primis omnia Dominicæ incar-
nationis & Passionis mysteria adscribit Gre-
gorius, *Ad hoc, inquit, Dei filius infirmitatis
nostræ formam suscepit, ad hoc inuisibilis, non
solum visibilis, sed etiam despectus apparuit, ad
hoc contumeliarum ludibria, illusionum probra,
passionum tormenta sustinuit, vt superbum non
esse hominem doceret humilis Deus.*

Quicumque vero Patres diligenter euol-
uerit, inueniet profecto, virtutem hanc ab
omnibus deprædicari, hanc siquidem virtu-
tum omnium dicunt fundamentum, radi-
cem & principium veræ sapientiæ, scalam
cæli caritatis, & aliorum charismatum spi-
ritualium custodem, tentationum vastita-
tem, meritorum nutricem, felicitatis nostræ
vadium, veritatis hostem, & sanctita-
tis protectricem. Notandum vero est, quod
ei dem elogium tribuit Climacus, *Si super-
bia, inquit, ex angelis demones fecit, sic humili-
tas ex demonibus angelos efficere potest.*

Quin

Gregorius.

VIII.

Omnes Pa-
tres humi-
litem
laudant.

1. Reg. 15.

Quin & illud humilitati proprium, quod quo nos illā amplectimur atque nos quoque illa vicissim maioribus cumulet hominibus quoque longius ab honore recedimus, quo ille nobis fiat vicinior. Atque hoc est quod olim Sauli regi ait Samuel *Nonne, cum paruulus es, id est, Erras, erras Saul cum superbiere & insolentius te gerere studes; quia potius recordaris, ad quantum te iam olim honorem euererit submissio, an non enim, cum in oculis tuis paruus fores & humilis, omnium trium princeps & caput factus es: at si eleuare te coneris, propediem profecto videbis, omnium te minimum esse & infimum.*

Deus semper paruus dilexit.

Quod ut euidentius Deus ostenderet, videbitis illum iam inde à mundi exordio, paruus & humilibus delectatum. Adam duorum tantum erat liberorum pater, Caini & Abelis; primogenito reiecto iuniorē dilexit. Duorum etiam Abraham, Ismaelis & Isaac; sed illum repudiavit, hunc sibi selegit, ac de hoc ait scriptura, non de Ismaele, *In Isaac uocabitur tibi semen, quia hūc elegit Dominus.* Ipse quoque Isaac non nisi duos filios habuit, Esau & Iacob, at maior natu reprobatus, & natu minor prædestinatus, iuxta scripturæ elogium, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Multorum filiorum pater fuit Iacob, at natu minimos, Iosephum & Benjaminum in deliciis habuit, & præ cæteris dilexit. Atque ex his omnibus colligi potest humiles, quorum figura sunt minores, à Patre illo æterno diligere, superbos vero reiciere & repudiari; quod & cæterico suo testatur Deipara: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.*

Luc. 1.

1. Reg. 16.

Cum olim secundum Regem in Israel constituere Deus uellet, Samuelem Prophetam ad Isaiæ domum misit, ut unum de filiis illius in regem uingeret. Prophetam cum in Eliab oculos coniecisset, ut qui procerus esset corpore, & fama digna imperio, & primogenitus, statim hunc à Deo regno destinatum credebat & in regem uigendum. Sed Deus aliter disponens, paruulum Dauid sibi delegit, de quo pater ait, *Adhuc reliquus est paruulus & pascit oues.* Ecce, ut de septem fratribus natu minimum in regem delegerit, è quo manifeste colligere est, humiles ad gloriæ diade-

ma & cælestis beatitudinis regnum destinari. Hinc Dominus omnes ad humilitatem excitans, paruulos fieri uult, *Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Innuere uolens, solis humilibus cælum & solis superbis tartarum referari? nam in eodem Matthæo aperte legimus, alio loco, *Sinite paruulos uenire ad me, talium est enim regnum cælorum.* Denique solos humiles respicit, solos humiles fouet: hinc Psalmista, *Humilia respicit in cælo & in terra.*

Ipsa quoque humilitas tam sublimis est, ac raræ dignitatis, ut cum Deus uideret, nullum in orbe magistrum reperiri, qui eandem pro dignitate ac debita ratione edoceret, filium unigenitum in terra destinari qui eandem & uerbis & re ipsa edoceret: qui in prima quam prælegit lectione de seipso ait, *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Quem locum exponens Gregorius ait, Non ait, *Discite à me* patrare miracula, mortuos ad uitā reuocare, demones fugare, elementa concutere, influxus cælestes dirigere, maria pacare, & nouos mundos condere, sed solam docere humilitatem, quæ uirtutum regina est & uictiorum terror.

Ferunt omnes Græciæ urbes Homerum mortuum sibi ciuem vindicasse, & de illo non parum inter se contendisse, adeo ut beatas sese crederent, si hunc habere ciuem possent: idem de omnibus quoque uirtutibus dicere licet, nimirum omnes quodammodo inter se contendere, ac seire uelle, ad quam potissimum humilitas spectet, & cui uere debeat ut ciuis ascribi, omnes suam esse dicunt, omnes eam sibi vindicant, adeo scilicet ipsa excellens est & eminens. Hinc olim ipse ueritatis Doctor Christus humilitatem iusticiæ uniuersalis nomine appellauit: cum enim Ioannes illum baptizare præ humilitate detrectaret, hoc se munere penitus indignum celsens, ait ei Dominus, *sine modo, sic enim docet nos implere omnem iusticiam; quod explicans glossa ait, id est humilitatem.* Ob hanc solam uirtutem Publicanus noster hodie laudem meretur, ut uice uersa Phariseus ob superbiam & arrogantiam, infamiam; hic non nisi de uirtutibus, ille humilis de solis agit peccatis, *Deus esto mihi propitijs peccatori.*

Est

VIII. Est nempe arrogantis proprium, sua de-
 prædicare ac velut tuba proclamare merita,
 humilium vero de suis loqui peccatis, quod
 S. Francisci exemplo fiet manifestum. Cum
 Rufinus, vnus è primis illius sociis, scire vel-
 let, quanta sanctissimi patris foret humili-
 tas, ab eo petiit, Quid de te censes pater?
 quo te ducis loco? quem te esse putas? cui
 mox Franciscus, Maximū inter mortales pec-
 catores, & quo nemo minus Deo gratus.
 Qui hoc fieri potest, ait Rufinus, & hoc quo-
 modo vere potes dicere? neque enim es fur,
 homicida, adulter, vt alij plures, sed ab om-
 ni crimine liber, tum Franciscus, si alius illā
 dedisset gratiam Deo, qualem mihi; maiora
 haud dubie præstitissent: si mihi vero Deus
 gratiam subtraxisset, cæteris deterior existi-
 tissem, & in maiora etiam peccata prolapsus
 essem.

Iusti præ humilitate non vident, quæ in
 animo suo delitescunt. Idcirco in Canticis
 ait sponsa, *Nolite me confiteri, quæ dicitur in
 qui d' colorauit me sol.* Nam quem admodum
 qui solis radiis circumfunditur, domum ali-
 quam intrando, videre nequit, quæ videnda
 sunt, ita quoque qui in sublimem solis diu-
 ni contemplationem abreptus est, cum sui i-
 plus cognitionem ingreditur, nihil omnino
 suorum meritorum videt, mera nox oculos
 illius oberrat & tenebræ densissimæ. Hanc se
 habere virtutem profitebatur Dauid cum de
 se sine vllo fastu diceret, *Domine non est exal-
 tatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque
 ambulauit in magnis, neque in mirabilibus super-
 me.* Non sufficit dixisse pedes & oculos ab om-
 ni fuisse fastu & iactantia alienos, sed ne
 cor quidem vnquā aut animam aliqua fuisse
 vanitate inflatam: ita quoque non sufficit,
 oculos in terram deicere, vestes gerere hu-
 miles, gressum moderari, verba simplicia
 proferre; si cor inprimis humilitatem non
 spirat, vnde & Dominus cum humilitatem
 doceret, à corde duxit initium, *Discede à me,
 quia mirus sum & humilis corde;* ac si dixisset,
 nolo solo vos habitu humiles esse, & in con-
 uersatione modestos, vitam humiliter insti-
 tuere, & motū simplicitatē præferre, sed in-
 primis contendo, vt cor & animus humilita-
 tem præferant, & eundem scopū feriens Psal-

Tom. 2. Pars 2. 11. 11. 11.

ista ait, *Cor contritum & humiliatum Deus psal. 51.*
non despicies. perinde ac si dixisset, non vestis,
 non gestus, non verba faciunt humilem, sed
 cor contritum & humiliatum, quod nun-
 quam te scio despecturum. Et profecto ita se
 res habet, quam ad oculū hic videre est, su-
 perbus namque Phariseus reicitur, & humi-
 lis Publicanus assumitur ac iustificatur. *De-
 scendit hic iustificatus ab illo.*

Ferunt fontem esse, cui faces accensæ in-
 iectæ quamprimum emoriantur, extinctæ
 vero accendantur, huius naturæ esse cenleo
 Deū & orationem, per quam ad ipsum acce-
 ditur, qui enim superbia successus ad alteru-
 trum accesserit, quamprimum moritur, at
 qui vere fuerit humilis & mortificatus gra-
 tiam recipit ac vitam, & prædestinatus est,
 nam, teste Apostolo Iacobo, *Deus superbus re-
 sistit, humilibus autem dat gratiam.*

Dicere solebat Chabrias Atheniensium
 dux agmen ceruorum, duce leone fortius es-
 se ac validius, quam leonem duce cerno. Vt
 moraliter hoc exponam, dico vitæ o-ū exerci-
 tū, cui humilitas vti dux præest, maioris esse
 roboris & potentie, quam virtutum, quod
 ducat superbia & fastus. Periculum faciam:
 ecce Phariseus amplius virtutum exercitum
 explicat dicens, *Leuono bis in sabbatho, decimas
 do, non sum sicut ceteri hominum: sed condu-
 ctrix est superbia, qui vincitur, superatur, &
 magna infamia affectus recedit.* Illuc vero
 videas Publicanum, qui peccatorum agmen
 explicat, dicens, *Deus est mihi propiti-
 us peccatori.* sed quod ducit humilitas, atque ideo
 victoriam refert, triumphat, & iustificatur,
Descendit hic iustificatus ab illo.

Humilitas causa nostræ iustificationis est, Humili-
 tas est cau-
 & preces vt exaudiantur efficit; arrogantia
 vero reprobationis & omni ratione impedit, sa
 nostræ
 quo minus oratio exaudiat, nam *peccatores iustifica-
 Deus non exaudit,* dicitur in Euangelio, *et est
 superbos,* ait Glossa. Tantum porro abest, vt
 Deus superborum & arrogantium preces
 exaudiat, vt eum potius iritent, & ad iracū-
 diam prouocent, quod egregio conceptu
 exornabo.

Bias Prienæus cum quodam tempore na-
 uim conscendisset, & ingens subito tempe-
 stas fuisset exorta, omnesq; mortem impen-
 dentem

Fons ad-
 mirabilis.

lac. 4.

Chabriz
 ducis a-
 pophteg-
 ma.

Insignis
 historia
 moraliter
 exposita.

Cc

dentem viderent, & scelesti aliquot qui vna
vehebantur, manibus in cœlos sublatis, diis
supplices vota facerent, dicere cœpti. *Tacete
ne dii in se vobis hinc abnavigare sentiant.* Si-
gnificare sc. volebat, preces impiorū, & ma-
xime superborū, qui inter peccatores reges
sunt ac principes Deum ad iracundiam pro-
uocare, & eius furorem exacuere, non vero
exaudiri, quod & Euangelium egregio cōfir-
mat Epiphonemate q̄a *omnis qui se exultat, hu-
milabitur, & omnis qui se humiliat exaltabitur.*

Eia igitur Christiani, cōsiderate hęc dili-
gentius, & cogitate, quemadmodum aurei
summi, qui in bilance descendunt, in the-
sauris reconduntur, quiq; vero eleuantur, ex-
truduntur & per vulgus sparguntur, ita quoq;
illos, qui vana sese gloria efferunt, & cæteros
præ fastu & arrogantia aspernantur, reiciā a
Deo ac reprobari, at qui descendunt, seseq;
humiliant in cœlum assumi, in quo thesauri
& reconditoria gloriæ sunt. Discite ab hac
parabola Christiani, superbiam & insolentiam
apud Deum & homines execrabilem esse,
Odibilis Deo & hominibus superbia, ait Sa-
piens: ac solas humilium preces promere-
ri vt exaudiantur: testatur hoc pulchra illa
Iudith dicens, *Manfuetorum & humilium sem-
per tibi placuit deprecatio* quod factō ipso Pu-
blicanus noster hodie declarauit.

Eccl. 10.

Luc. 9.

Tu autem summe Deus, qui humiles in-
primis diligis, & superbos detestaris, qui illos
amplecteris, hos vero persequeris, hanc ob-
secro virtutem pectoribus nostris insculpe,
illiusq; aduersariam procul ab animo elimi-
na. Tu scilicet es, qui superbum Luciferum
cœlo exegisti, insolentem Adamum Paradiso
pepulisti, arrogantem Nabuchodonosorem
regno & diademate priuasti, fastuosum Pha-
risæum non exaudisti, & omnes deniq; illos
dignis suppliciis castigasti, qui naturæ limi-
tes egressi, ad vanitatū desertum secesserunt.
Tu quoque, summe Deus humilem Abraha-
mum exaltasti, simplicē iacob dilexisti: par-
uulum David ad regnum euexisti, & sese di-
mittentem Publicanū iustificasti, & semper
omnium preces & vota exaudisti, qui in cor-
de humiliato & animo submisso te inuoca-
runt. O virtutem votis omnibus expetendā,
& superbiam diris deuouendam, & velis re-

misque fugiendam. Illa sc. in posterum ani-
mo nostro dominetur, in actionibus nostris
verbis ac gestibus refulgeat, solam humilita-
tem spiremus, nihil omnes actiones nostræ
præferant, nihil animo aliud gestemus in-
clusum Ipsa siquidem virtutum directrix est
ac caput, bonorum operū gubernatrix, ve-
ritorū custos, cœlorū clauigera, ipsa est, quæ
luculentum hodierna die Publicano affert
triumphum, & exteremam Pharisæo infamiā,
& eadem simul opera nos omnes edocet, i-
psa deniq; virtus, a qua omnis nostra depen-
det beatitudo, ad quam SS. nos deducat Tri-
nitas Pater & Filius & Spiritus sanctus.

DOMINICA VNDECIMA POST PENTEC.

Partitio.

- I. *De septem fidei fundamentis.*
- II. *De fide & charitate adducentium surdum
& mutum.*
- III. *De manu Dei ipsum tangente.*
- IV. *De surdo ac muto ipso quosnam designenti.*
- V. *De sanandi à turba abductione.*
- VI. *De nocumento turba.*
- VII. *Turba aliorum mysteria sunt celanda.*
- VIII. *De ingemiscēte Iesu.*

*Adducunt ei surdum & mutum, & deprecā-
bantur eum, vt imponat illi manum.*
Matth. 7.

FIGURA.

SVMMS ille Dei amicus David cum quo-
dam die vicini sui vxorem è solario sese
lauantem conspexisset, in plurima dein de
peccata letifera incidendi hinc occasionem
hauit: indignatus itaque Deus surdum eura
& mutum in animo ad dies aliquot reddidit:
restatur ille siquidem de se, *Ego sicut surdus
non audiebam, & sicut mutus non aperiens os
suum.* In eandem omnino calamitatem plu-
rimi hodie delabuntur peccatores, qui ob
infinita, quibus Deum offendere peccata, au-
ditum & linguæ vsum Deus aufert. Ad vi-
uum hodierno hoc in Euangelio expressum
legimus, in quo surdus quidam qui simul &
mutus, Iesu Christo, ad sanitatem recupera-
ndam;